ad Evictorem, vel alios quibusvis dilationes et legalis impedimentis non differendo; ad quietandum ultra primos praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Officii terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque inhibitiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo; ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalis iuris, proscriptione terrae, bello conventionibusque nec non aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesentis personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Guziakowie coniuges Advocato de Zasanie et Helisabethi coniugibus vendunt.

Comparentes personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Honesti Joannes Guziak et Catharina, de Zasanie, coniuges: a foro, iure, iurisdictioneque sua quavis propria et competenti recedendo: praesentisque foro Castrensi Capitaneali Premisliensis Officii iuri subdendo, sese cum successoribus ac bonis suis quibus omnibus, quoad actum praesentem attinet, totaliter et plenarie subdendo atque subiiciendo, palam, libere, publiceque et expressum, ambo in solidum et unanimiter recognoverunt. Quia ipsi Quartam unam agri suam hereditariam, in qua ad praesens residebat, nec non domum, aream, cum omnibus attinentiis, pratis, campis, pascuis, hortis, ad eandem quartam agri spectantibus, cum toto praemissorum omni iure, dominio et proprietate, titulisque hered., aliisque adeo omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus, fructibus, proventibus, emolumentis, attinentiis et pertinentiis

grato

grato universis, nullis penitus exceptis, nec quod se aut suis successoribus aliqua quopiam reservandis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, prout praefata omnia ipsimet recognoscentes tenuere, habere, et hucusque pacifice possidebant, illisque concernebant ac eisdem serviebant. Iam ex nunc Honesto Laurentio Advocato de Zasanie et Helisabethi coniugibus, ipsorumque posteris pro summa viginti marcarum pecuniae Polonicalis, quam se recognoscentes iam ab eisdem levata, de qua ipsos hisce etiam praesentibus quietant, perpetuo vendiderunt, inscripserunt et resignaverunt, prout vendunt, resignant, et modo venditorio inscribunt temporibus diuturnis. Iamque ex nunc iidem recognoscentes Ioannes et Catharina de Zasanie coniuges, eidem Laurentio Advocato de eadem Zasanie et Helisabethi coniugibus eorumque posteris, in eadem bona quae se praesentibus vendita, dant et admittunt, realem cum omni iuris intromissionem, et actualem pacificamque possessionem in eiusdem praesentis facie officii. Per eosdem Laurentium Advocatum et Helisabetham coniuges eorumque successores eadem bona praesentibus vendita tenendum, habendum, possidendum, illisque pacifice et quiete utifruendi, ac ad suos quosvis beneplacitos usus libere et effectualiter convertendum perpetuo et in aevum. Debentque et tenebuntur iidem recognoscentes Ioannes Guziak et Catharina coniuges, prout se ac suos successores in et super bonis suis quibusvis inscribunt et obligant praesentibus, eosdem Laurentium de Zasanie Advocatum et Helisabetham coniuges eorumque successores in eisdem bonis venditis et occasione eorundem, ab omnibus impedimentis et oneribus quibusvis

iuridicis, toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, eximere, et interce:
dere, indemnemque et indemnes reddere, bonaque praefata munda et li:
bera semper facere; intromissionemque coram eodem Officio praedicto admissam, nullo
modo, dum per solennem ritum cum ramo viridi affectabitur, dene:
gare; imo liberè dare et admittere, datamque et admissam ac:
adem, possessionem eorundem bonorum praefatorum venditorum nec per se
nec per suos quosvis submissas et subordinatas personas praepedire
vel adimere; ac eosdem Laurentium Advocatum et Helisabetham
coniuges eorumque posteros, in bonis praefatis tam in toto, quam in qua:
libet minima parte non inquietari. Idque sub vadio similis quad,
Viginti pecuniae Polonicae marcarum, per eosdem recognoscentes aut eorum
successores eisdem Laurentio Advocato et Helisabethae coniugibus
ac eorum posteris, in defectu completionis praemissorum omnium et singu:
lorum tam in toto quam in parte, toties quoties opus fuerit, ad
solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio necnon praemisso suc:
cubito, ac pro re aliqua praedicta ex praemissis non completa, com:
plendaque praemissis, ad Iudicium Castri praefati Burgraviale ab eisdem
Laurentio Advocato et Helisabetha coniugibus, aut eorum posteris con:
venti evocatique iidem praedicti recognoscentes Ioannes Guziak et Catha:
rina de Zasanie coniuges, aut eorum successores, ad primam
sui citationem stare, parere, respondere, vadium praedictum luere,
ac rei praedictae pro qua citabitur, satisfacere debebit atque te:
nebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia obligat et
adstringit; nullis ad elidendam eandem causam (si quam vero
praemissorum iustitia contigerit,) aut eius differendam ac declinandam

termini

terminum, exceptionibus, mortificationibus, dilationibus, appellationibus labo:
gando; imo omnibus hac in parte etiam iuris remediis, verore penitus re:
nunciando. Hac sua praedicti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Ilnicka Iaworskiemu donat.

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capi:
tanealibus Premisliensibus Nobilis Eva Ilnicka, Nobilis olim Domini Ilnic:
ki Hyckovic filia, Nobilis vero Lucka Ilnicki Mikitowicz
Consors legitima, cum eiusdem mariti sui assistentia, et libere
ad infrascripta recognoscenda consensu, sana mente et corpore ex:
sistens; a Terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis quibusvis
propriis et competentibus recedendo; huic autem Castrensi Ca:
pitaneali Premisliensi Officii iurisdictioni, se cum successoribus
ac bonis suis gratis omnibus, quoad actum praesentem totaliter
et plenarie incorporans atque subiiciendo, palam, libere, publi:
ce ac per expressum recognovit: Quia ipsa Bona sua propria et
haereditaria infrascripta, videlicet totam et integram sortem suam in
villa Ilnik in Terra et districtu praefatorum Premisliensi iacentem:
bisque se regnantem per praedictum olim parentem suum iure di:
vino et nativo successione, inter alios consuccessores concernentem
filiisque iure haereditario seniorum, cum omni iure, dominio et proprie:
tate, titulisque haereditariis, cumque omnibus et singulis sortis praedictae u:
tilitatibus, fructibus proventibus, emolumentis, attinentiis et pertinentiis ge:
neraliter universis, nullis penitus exclusis nec per se aut suis successoribus
aliove quopiam reservatis et exceptis; verum ita latè, longè,
circumferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis
metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem